Fragmentarium

zelotypię concitauerit uirū contra uxorem suam quae uel polluta est
uel falsa suspicione app&itur. adduc& eam ad sacerdotem & offer& oblationē
p(ro) illa. Decimā partem sati farinę hordeacię; Non fund& sup(er) eā oleū
nec inpon&ur. quia sacrificiū zelotypiae est. & oblatio inuestigans adulteriū;
Offer& igitur eam sacerdos. & statu& corā dn̄o; Adsum&q; aquā scām in uase
fictili. & pauxillū terrę de pauimento tabnaculi mitt& in eam; Cūq;
ste&erit mulier in conspectu dn̄i. discoperi& caput eius. & pon& sup(er) manus
illius sacrificiū recordationis. & oblationē zelotypiae. ipse aūt tenebit
aquas amarissimas; In quas cū execrationē maledicta congessit; Adiurabit
eam & dic&; Si non dormiuit uir alienus tecū. & si non polluta es deserto
mariti toro. non te nocebunt aquae istę amarissimę. In quas maledicta congessi.
Si autē declinasti a uiro tuo atq; polluta es. & concubuisti cū alio. his maledicti
onib; subiacebis; D& te dn̄s in maledictionem. exemplūq; cunctorū in populo
suo; Putrescere faciat femur tuū. & tumens uterus dirūpatur; Ingrediantur aquae
maledicte in uentrē tuum. & utero tumescente putrescat femur; & respondebit
mulier amen amen; Scrib&q; sacerdos in libello ista maledicta. & delebit
ea aquis amarissimis. In quas maledicta congessit. & dabit ei bibere; Quas cū ex
hauserit toll& sacerdos de manu eī sacrificiū zelotypiae. & eleuabit illud corā
dn̄o. inpon&q; sup(er) altare. Ita dūtaxat ut prius pugillū sacrificii tollat de eo
quod offertur & incendat sup(er) altare. & sic potū d& mulieri aquas amarissimas;
Quas cū biberit si polluta est & contempto uiro adulterii rea. p(er)transibunt eā
aquae maledictionis. & inflato uentre conputrescet femur. eritq; mulier
in maledictionē & in exemplū omni populo; Quod si polluta non fuerit. erit
innoxia & facie& liberos; Ista est lex zelotypiae; Si declinauerit mulier
a uiro suo. & si polluta fuerit. maritusq; zelotypiae spiritu concitatus
adduxerit eam in conspectu dn̄i. & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quae
scripta sunt; maritus absq; culpa erit. & illa recipi& iniquitatem suam;
quutus ē dn̄s ad moisen dicens; Loquere filiis isrl. & dices ad eos; Vir siue
[m]ulier cū fecerint uotū ut sci[…]ur. & se uoluerint dn̄o consecrare. a uino
& omni quod inebriari potest […]a c&ū ex uino. & ex qualib& alia
tione. & quicquid de u[…]ur. non bibent; Uuas recentes
siccasq; non comedent. c[…] quib; ex uoto dn̄o consecrantur.
[…]d ex uinea ē[…] passa usq; ad acinū non comedent

License: public_domain – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 11, fol. [1]r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ilhr/7148/58062)